

hæc afferant. Sed jam revertatur ad sacra verba, ne prolixiores quam par sit fiamus.

VERB. 22. — DIXERAT AUTEM JOSUA DUOBUS ILLIS VIRIS, QUI SPECULATI FUERANT, etc. Ulor præterito plusquam perfecto, ut grammatici loquuntur. Non enim credibile est, Josuam, capti jam urbe, grassanteque promiscua omnium cæde, sed maturò, cum alia mōneret, quæ versù 17 sunt exposita, simul ista edixisse. Et rectè quidem duobus illis speculatoribus, ut qui remotam, abditamque in extremo quòpiam urbis angulo paupercule mulieris domunculam soli facile invenire, atque vel ex rubro filo, quo effugium illud suram fenestram notatam meminerant, internoscere possent. Sed nescio an non ipsi hæc sibi provinciam dari ultrò postularint ab imperatore, cum ad suam fidem pertinere scirent, ne sacramentum simul cuius hospitii jure violarent. Certè imperator integerrimus ipsis jusjurandum suum in memoriam reducit. Etsi enim eo quod privatum dederant, imperatorem aut exercitum non obligasset, tamen cum ipsi saltem sacro nexu obstricti tenerentur, summa optimi imperatoris religio, etiam de duorum gregariorum militum suorum fide sollicita fuit. Quòd si nostri seculi ductores, atque exercitum imperatores, hujuscemodi exempla sibi imitanda esse staterent, profectò minis funesta bella gererentur, quæ nunc ad omnem omnium barbarorum immanitatis speciem nihil sibi, non solum apud hostes, sed, quod est indignissimum, apud socios, atque amicos etiam, faciunt reliqui. Scribit quidem Josephus Antiq. l. 5, illud speculatorum jusjurandum post ab imperatore, atque pontifice, reliquoque senatu approbatum sancitumque fuisse: quàm verè, ipse viderit; mihi certè non fit verisimile, quando Josua ait: *Sicut illi jurastis*. Non autem dicit, juravimus.

VERB. 23. — ET INGRESSI FUERANT PUERI EXPLORATORES: EDUXERANTQUE IPSAM, etc. R. Salomon autumat, exploratores יְרֵמִי, pueros, aut, ut interpretatur Chaldaeus, adolescentes aut juvenes, hoc loco, vocari, quia opus fuerit juvenili alacritate atque agilitate ad eripiendam præsentem periculo mulierem in promiscuè civitatis clade, et furore militari. At Kimhi ait, apud Hebræos omnem ministrum vocari יְרֵמִי, similiter videlicet atque Latini puerum dicunt: exploratoresque illos aut Josua, aut alius viri magni famulos fuisse. Ego in re incertissimam, accedere malo Salomoni, cujus conjectura melior videtur. Stipula quidem fuerat, Rahab

etiam sororibus suis salutem; et tamen carum nulla hic est mentio. Existendum igitur est, eas fratrum nomine intelligi, aut et quæ subjungitur, universitatis clausula contineri, aut denique salutem voluptatibus suis posthabuisse. In vetustissimis Commentariis quæ in historiam Ruth scripta, inscribuntur מִן מְרִיטֵי פְרוּדִיתָּ, est, R. Simeonem F. Johai dixisse, cum illam verborum complexione tractaret, omnes cognationes ipsius eduxerant, Rahabam illà suà fide tantam esse consecutam apud Deum gratiam, ut etiamsi ducentos homines cognatione sibi conjunctos illa habuisset, atque illi cum ducentis aliens prosapii affinitatem contractum visissent, omnes ille familia fuerint illius gratia futuræ salvæ. Et sanè fuisse non parùm multos ejus gentiles, qui se salutis causâ ad ipsam receperant, conjectura admodum probabilis sumi potest ex plurali numero nominis, cognationes, sive prosapias. Itaque etiam hic luculentissimè apparet typus imperii Josue: illius nostri expressi, hoc est, Jesu Christi, cui cum se Rahab, hoc est, Ecclesia, ut ante diximus, submisisset, mox cateratim ad eam confugerunt gentes undequaque salutis causâ: ante, ne duo quidem generi, hoc est, summa necessitudine devincti homines, ut Ioth socerum suum maxime auctoritatis virum, sequerentur, induci poterant, sed illum vera præmonentem, iudicio habuerant. Et Abrahamum suus parens trans flumen ut comitaretur, persuasus non fuerat. Ad Rahabam autem mulierculam multis nominibus contempnam, ut videbatur, et sortis infamæ, atque despiciatissime, cum primùm salutis ipsa spem ostendit, omnes, qui quidem aliquâ affinitatis necessitate eam attingunt, se conferunt promptissimè. Porrò quòd Rahab extra castra cum suis collocatur, id ad religionem spectat, ut aunt Hebræi. Et si enim illa jam dudum Israelitarum fidem animo colebat, ut supra audivimus, tamen solemnè professione nomen adhuc non dederat; hoc porrò ubi factum erit, habitabit inter Israëlitas. Hæc ferè Kimhi. Nemo certè Israelitarum nesciebat, alienigenas esse Rahab, cum suis cognationibus; an verò colere alienos Deos desisissent, et Mosis legem accepissent, id non erat pervulgatum. Ad hoc, opus erat non solâ fide, sed etiam sacris ritibus initiari, priusquam in numerum populi Dei quis referretur. Nam etsi mulieres non circumcidebantur, tamen certam est, aliis eas ceremoniis Deo, veluti dicari solere, cum nomina ipsa imponerentur.

Castra autem sancta existimari volebat Deus, tanquam in quibus ipse mediis versaretur, cum in arcæ, quasi quodam prætorio habitaret. Affererat enim opinio presentia illius religionem universo utillem populo, cum putaret se quisque perpetuò in divina majestatis conspectu versari. Atque hujus opinionis gratiâ confirmandæ augendæque in populi animis, instituta potissimum sunt leges illæ de segregandis semovendisque à castris, quicumque essent certis morbis affecti, certisque polluti sordibus, quæ in Numeris scriptæ sunt. Id enim aperte ostendit quæ subijcitur ratio, quoniam ipse Dominus in castris habitaret. Eodem etiam spectat illud, quòd à Madianitarum cæde reverentis miles, quamvis ipsius Dei jussu patrat, septem solidos dies manere extra castra debet, neque nisi interea bis expiatus, intrò admittitur. Non ergo mirum est, si jam homines recens ab impio deorum cultu venientes removerent à castris. Accedit autem hæc alia quoque ratio, cur isti aliquantisper à sacro cæta prohibendi essent. Nimium eâ re sua probæ religioni dignitas conservabatur, et contra superstitionis indignitas, aut turpitudinis verus declarabatur, cum alieni ab Israëlitis ritibus sacræque illi, tanquam profani, à castris, quasi sacro cæta arcerentur. Neque verò dubium est, quin id animos istorum non parùm userit, majoreque desiderio suscipiendi cultum veri Dei, puramque religionem incenderit. Similiter atque veteris Ecclesiæ melior illa disciplina, lapsos, quos vocabant, admittibat quidem, verum neque citò, neque temerè, ad sui communicationem; de qua, re plena sunt divi Cypriani doctissime Epistolæ. Sed dices, turbam illam Ægyptiorum, quæ Israelitas discedentes sequebatur, subnotam à castris non esse; in quibus tamen etiam tum suam Deum presentiam declarabat; die quidem per columnam nubis, nocte verò ignis. Verùm respondetur, post conditam deum, et consecratam arcam, atque designatam certam castrorum faciendorum rationem, voluisse Deum peculiariter in castris presentem se existimari; ideoque prius de castrorum sanctitate nihil fuisse constitutum. Neque verò dubium est, quin Ægyptii illi comites, apud montem Sinæum, partim Hebræis sacris per circumcisionem initiati sint, Deoque nomen dederint; alii deinceps à castrorum communione prorsus exclusi, atque in Ægyptum recepti fuerint. Sed enim ex his difficidè quis intellegere potest, quàm maxime à nostrorum

exercitum castris abhorreere Deum, à quibus non solum profani non submoventur; manent enim deserta et sola; sed probrum etiam habetur, pietatem et religionem vel verbis, vel factis ullam præ se ferre, ac non se omnis generis sceleribus magno studio contaminare. Sed quales rerum exitus consequantur, nemo plus non videt summo cum animi dolore. Verùm de his nunc hæcenus; plura alibi.

VERB. 25. — ITAQVE RAHAB MERTITICEM ET DOMUM PATRIS IPSIUS, ET QUIBUD, etc. Verbum דָּוָר rursus converti, *conservavit*. Sæpè enim non tam vivere, quàm sanum salvumque esse, cum leniter inflectitur, significat. Sed Kimhi hoc loco interpretatur, suppeditare victum; putat enim ille id dicit, quod etiam Josephus Antiq. lib. 5, est opinatus, Josuam donasse mulieri possessiones, et opes, quibus se suosque aleret, atque eodem accommodat etiam illud quod subijcitur: *Mansitque in Israel ad hunc usque diem*. Verùm id profectò vi verbi, דָּוָר, confici non potest, ut multò etiam minus illud, quod doctores hebræi somniasse verius, quam judicasse videntur, Josuam duxisse Rahabam uxorem; ad seminis enim propagationem pertinere hoc verbum, cum sit ab eo ductum nomen matris generis humani, דָּוָר, Eva. Sed piget adscribere, quibus demde excusent rationibus violatam legem, quæ interdictum fuit Israelitis Chananæorum affinitate. Porrò quòd Rahab memoratur mansisse in Israele usque ad hanc diem, sic est accipiendum, meo certè iudicio, quòd Rahabæ posteritas inter Israelitas, etiam tum, communi jure, atque religione vivebat, quando ista historia, post aliquot etates, ex quo tempore res gesta fuerat, conscribatur, sive ab Esdrâ ex sacris annalibus, sive alio quopiam, ut in præfatione dicebamus. At divus Augustinus, suo more, explicat, quasi Rahab sic jure communicationis israelicæ donata sit, ut cum ipsa, tum eius posteritas eo in perpetuum uti possint; neque ea donantium liberalitas certò definit, circumscriptaque tempore fuerit. Theodoretus cum Origène ἀνατολίαν; scilicet exponunt, de illo Pauli oleastro, qui oleæ ramis est insitus. Quod porrò sequitur, *et quòd abscondisset multos, etc.*, ante etiam dictum est. Sed sapienter monere nos voluit Spiritus sanctus, eam fidem, quæ per charitatem operosa est, salutis æternæ efficiet esse. Non sanè tanti fuit, viros hospites non prodidisse; vulgare enim id officium, si per se æstimetur, videri potest, eorum salutem defendens, quam ei crediderant. Verum

illa, cum apud animum suum statuisset, Israelitarum Deum in celo terraque solum regnare, neque in majorum suorum diis quidquam esse presidii, gratiæ, opis, ac proinde spem suam omnem in illo collocavisset, hoc sic affecto animo, pro viribus voluntatem consiliumque illius adjuvabat; eaque quæ potuit officia libenter faciebat, vel cum vitæ suæ presentissimo periculo. Sed de his plura capite 2. Nunc hactenus. Verum enimverò, moveri magnâ ratione questio potest hoc loco: Qui licerit Israeliti, mulierem hanc Chanaanam, cum suis, conservare, adversus apertissimam, atque explicatissimam Dei iussu, et quidem sæpè inculcata, quibus ille sanciverat legem, ne cum Chananeis aut foedus inirent, aut vitæ eorum parcerent, sed internecione omnes delerent. Sed hanc questionem, quia in Gabaonitarum historiam tractabimus, si vita suppetet, hoc solum nunc dicam, meo iudicio, legem illam hæc æquitate moderandam, interpretandamque esse, ut ad eos qui pacem petant, suasque superstitiones cum purâ religione mutare parati sint, non pertineat. In hanc enim opinionem inducor, cum ipsis sacræ historiæ exemplis, rebusque gestis, tum illis etiam verbis, quæ capite 11 legemus: *Non erat urbs quæ pacem faceret cum filiis Israel, præter Hevos, cives Gabaonis, et insuper ipsa legis ratione, quæ ab ipso Deo est allata; hanc dico, ne Chanaanæorum superstitionibus inficeretur populus Israeliticus. Neque enim contagio ab illis metienda est, qui sani prorsus facti sunt. Et hanc opinionem habent etiam Hebræi, quamvis rigidi Scripturæ interpretes, præsertim quando ipsorum gentiles alii nationibus sunt præponendi. Inter alios enim Nehmannus, tractans illa in Exodo verba, 23, v. 32: *Non feries cum eis foedus, neque cum divitis ipsorum;* hoc, inquit, est, tantisper dum adhuc colunt suos deos, non sancias foedus cum ipsis. Verum si conditionem acceperint, non colendi amplius falsos deos, jam non fuerit nefas foedus cum ipsis inire. Sed plura capite 9, si volet Deus.*

VERS. 26. — IMPRECABATUR AUTEM JOSUA EO TEMPORÉ DICENS: MALEDICTUS, etc. Quod est hebraice, *אשכנז*, interpretor, *imprecabatur*; animadverti enim hoc verbum, quod aliqui iurjurandi habet notionem, usurpari interdum pro imprecari cupiam, sed adhibito Dei nomine, quare iurjurando affine est. Etenim iurjurandum nihil aliud est, quam quaedam precatio, quâ nobis ipsi mala precamur, si fallamus, aut bona, si idem servemus. Sic in

Numeris, Sacerdos precatur mulieri de adulterio accusata, ut ei innocenti innoxia ut preparata polio, ad nocenti pestilens et exitialis. Neque enim iurjurando illic locus esse potest. Et sunt, qui illud Davidis, *אשכנז ירדתי*, interpretentur Psal. 107, v. 9. *Quæ tenebant me, illi dira rursus precabatur, et tuncquam Deo invisum occubabant.* Porrò *אשכנז*, Sarget, Latinus, Theodototem, opinor, secutus, convertit, *Suscitabit*, tanquam *אשכנז*, per tertiam vocalem in secundâ syllabâ legerit, cum sit nunc in omnibus libris eo loco vocalis quinta. Est autem hebraismus ille frequens: *Qui surget*, pro, qui nascetur, aut qui olim futurus est. Piconasium autem illum: *Urbeem istam, ipsam Jericho, quem Septuag. et Latinus, ut supervacaneum, non expresseunt, doctores hebræi in Synedrio, cap. 11, sub extremum, ad hunc modum explicaverunt: Neque hanc ipsam urbem instaret quispiam, alio ei imposito nomine; neque aliam urbem hoc nomine struat.* Atque hanc doctorem hebræorum sententiam Kimhi quoque laudat. Sed R. Moses Maymonius, apud Judeos scriptor insignis, putat Josuam hæc dirâ detestatione hoc potissimum egisse, ut æternum exstaret monumentum divinæ potentiæ et vindictæ, quod in muris, qui subter se descenderat in terram, luculentissimè conservabatur, tantisper, dum illi intacti manerent. Et sanè sive illi sic descenderint, quod doctores hebræi somniasse videntur, ut ante dixi, sive collapsi fuerint, quamdiu locus non eruderabatur, sed ruinæ indicia manebant, tantum manebat et miraculi divini memoria. Nam ceteroquin locum ipsum non fuisse per se execrandum et detestabilem, argumento satis magno est, quod, etsi pessimè ei cessit, qui diras istas, quæ per Josuam nunc obnuntiantur, neglexit, ipsa tamen semel instaurata urbs, commodam deinceps habitationem hominibus præbuit, neque à sanctissimis viris et vatibus Eliâ, atque Elizeo evitâta est. Imò Christus ipse virtutis suæ divinæ miraculis eam cohonestavit. Quare Maymonii sententia mihi magis probatur, quam eorum, qui statuunt, dirâ hæc execratione notari insignem Jerichuntiorum, præ cæteris Chananeis, turpitudinem, et adversus Deum impietatem, similiter videlicet atque Romani dirâ detestatione sanciebant, ne eversa Carthago in posterum ab ullo unquam habitaretur, quæ suæ reipublicæ semper fuisset adversissima atque infestissima, ut memorat, post alios, Zonaras.

Quod sequitur: *In primogenitum suum, etc.*, hanc habet sententiam: Quisquis olim aggressus fuerit urbem istam instaurare, id ei in liberorum suorum omnium cedat exitum; sic ut operis auspiciis ipsi sit mors filii natu maximi; inter ædificandum verò intereat cæteri, neque extremam addat manum, nisi cum minimi natu filii pernicie. Nam ut fundamenta jaci prima solent ædificiorum, ita fores postremæ locari. Quam dira autem tristicque res sit orbitas, quam imprecatur Josua instauraturo subversam à Deo urbem, rectè judicari potest, atque æstimari ex dulcissimâ illâ, ut sic dicam, benedictione, quâ Deus eos qui se ritè colunt, honorum liberorum numero veluti beat, apud divinam vatem, et aliis locis. Quæ autem hoc loco Septuag. de suo adscripserunt, sunt ea ex tertio libro Regum petita cap. 16, v. 34, ubi sic scriptum est: *In diebus ejus (de Rege Achab mentio est) extruxit Hiel civis Bethel Jerichontem. In Abiram filium suum natu primum jecit fundamenta ejus, et in Segub filium suum minimum locavit fores ipsius, secundum verbum Domini, quod locutus fuerat per Josuam filium Nun. Dei ergo aperta hic proferebat Josua, non autem ex sui animi affectione quâpiam, aut perturbatione, malè precabatur urbi, quam vastabat, etsi id in sacrâ historiâ est silentio dissimulatum, ut sæpè alia, quæ suis locis notavimus. At enim quod in Regum historiâ nominetur Segub, quem Septuag. hoc in loco *δααδερρα* vocant, ipsa nominis Segub notatio in causa est. Significat enim *שגוב*, Segub, *רוב δααδερρα*. Sed cur isti Osam vocent, qui in Hebræo Hiel dicitur, nondum mihi satis liquet. Verum hoc constat, multos in sacrâ historiâ binomines memorari.*

VERS. 27. — DOMINUS PORRÒ ERAT CUM JOSUA: ET FAMA IPSIUS ERAT, etc. Hunc versiculum pluribus verbis explicavit Chaldeus in hanc ferè sententiam: Erat autem verbum Domini auxilium Josuæ. Et erat fama ipsius multa, sive (ut habet meum exemplar manuscriptum Complutense): Et verbum ipsius multiplicabatur, augescebatque per universam terram. Est autem anceps omnino oratio, Dei ne fama, an Josuæ, per omnem regionem, et hominum ora celebris fuerit. Ego tamen de Josuæ famâ ac-

## CAPUT VII.

1. Filii autem Israel prævaricati sunt mandatum, et usurpaverunt de anathemate; nam Achan filius Charmi, filii Za-

cupiendum puto, quod dicitur. Nam Chanaanæorum, de quorum terrâ mentio est, vis illi, qui erat ipsorum stupor, ut cordis durities, ut vocatur, ex eo nata, quod per diutina sua flagitia aditum efficaci gratiæ Dei in suos animos præclusissent; eorum, inquam, vix paucissimi permovebantur ad agnosendam Dei potentiam. Sciens hoc loco prætereo, quæ Judæi veteres in Bereschith rabba, sive magnâ Genesi fabulantur, de divulgatâ Abrahæ, Josuæ, Davidis, Mardochei denique famâ, per signatam illorum insignibus monetam. Sed quodnam fuerit illud Dei verbum, de quo Chaldaeus disputatum satis est à nobis supra.

Ut tantum paucis, et tantum uno digito attingam hujus universi loci anagogen, area, ut diximus, adumbrabat Jesum Christum, in quo habitavit plenitudo divinitatis corporaliter. Is cum ex Jordane ascendisset, in quo cum Joanne Baptistâ exsisterat, cepit mox Satanæ munitionibus circumdatum mundum atque oculos, cum suâ ipsius, tam suorum discipulorum circuitione, et sacerdotum tubis, quarum Isaias meminit, oppugnare, quod cum per septem dierum spatium facere non desisit, hoc est, toto ipso tempore accepto, ut Paulus, cum Isaiâ vocat, et hisce diebus salutis, qui septentarii numeri vicissitudine vertuntur, muri illi corrumpit. Et qui in domum Rahab confugerunt, ex quâ pendet salutarem illud contortum pligis, et doloribus, ac sanguine, quasi cocco tinctum signum, hoc est, in catholicam Ecclesiam, quæ crucifixum Christum pro insigni habet, in eaque se continent, si salvi sunt; reliqui cum rebus suis omnibus malè perduntur. Si quid tamen in istorum bonis est, quod Dei thesaurum, legitimum Dei cultum paramque et probam religionem ornet, id sic conservari oportet, ut Dei tabernaculum inferatur, et Ecclesiæ utilitatibus serviat. At si quis, quod vel ablitum, ut piaculare et impurum, vel in Dei thesaurum repositum oportuit, id sibi privatim usurpaverit, eoque se præ aliis in populo Dei superbè jactaverit, is à sacro cætu lapidibus est obruendus, ut Achan; de quâ re multis egit divus Augustinus libro de Doctrinâ Christianâ atque etiam alibi.

## CHAPITRE VII.

Or, quelques-uns d'entre les enfants d'Israël violèrent la défense qui leur avait été faite, et ils prirent pour eux de ce qui avait été mis sous l'anathème; car Achan, fils de Charmi, fils de

bdi, filii Zare de tribu Juda, tulit aliquid de anathemate : iratusque est Dominus contra filios Israel.

2. Cùmque mitteret Josue de Jericho viros contra Hai, que est juxta Bethaven, ad orientalem plagam oppidi Bethel, dixit eis : Ascendite, et explorate terram. Qui præcepta complentes exploraverunt Hai.

3. Et reversi dixerunt ei : Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, et deleant civitatem : quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos ?

4. Accederunt ergo tria millia pugnantorum. Qui, statim terga vertentes,

5. Percussi sunt à viris urbis Hai, et corruerunt ex eis triginta sex homines ; persecutique sunt eos adversarii de portâ usque ad Sabarim, et ceciderunt per prona fugientes : pertinuitque cor populi, et instar aquæ liquefactum est.

6. Josue verò scidit vestimenta sua, et pronus cecidit in terram coram arcâ Domini usque ad vesperam, tam ipse quàm omnes senes Israel ; miseruntque pulverem super capita sua,

7. Et dixit Josue : Heu ! Domine Deus, quid voluisti traducere populum istum Jordancem fluvium, ut traderes nos in manus Amorrhæi et perderes ? Utinam, ut cœpimus, mansissemus trans Jordanem !

8. Mi Domine Deus, quid dicam videns Israelcum hostibus suis terga vertentem ?

9. Audient Chananeæ et omnes habitatores terre, et pariter conglobati circumdabunt nos, atque debent nomen nostrum de terrâ, et quid facies magno nomini tuo ?

10. Dixitque Dominus ad Josue : Surge, cur jacens pronus in terrâ ?

11. Peccavit Israel, et prævaricatus est pactum meum ; toleravitque de anathemate et furati sunt atque men-

Zabdi, filii de Zare, de la tribu de Juda, déroba quelque chose de ce qui avait été soumis à l'anathème ; et le Seigneur se mit en colère contre les enfans d'Israël, pour cette désobéissance de l'un d'entre eux.

2. Or, voici comment cette colère du Seigneur déclata. En ce même temps, Josué envoya de Jéricho des hommes contre Hai, qui est près de Bethaven, à l'orient de la ville de Bethel, et il leur dit : Allez, et reconnoissez le pays. Ils firent ce qui leur avait été commandé ; ils reconnoirent la ville de Hai.

3. Et étant revenus ils lui dirent : Qu'on ne fasse point marcher tout le peuple ; mais qu'on envoie deux ou trois mille hommes pour détruire cette ville. Qu'est-il nécessaire de faire inutilement tout le peuple, en l'envoyant contre un si petit nombre d'ennemis ? Ils parlaient ainsi parce qu'ils n'avaient pas bien reconnu les forces de la ville, ou qu'ils présommaient trop de leurs propres forces.

4. Trois mille hommes marchèrent en armes contre Hai ; mais ayant tourné le dos aussitôt qu'ils virent paraître l'ennemi,

5. Ils furent chargés par ceux de la ville de Hai, et il y en eut trente-six de tués ; les ennemis les poursuivirent depuis leur porte jusqu'à Sabarim, et tuèrent ceux qui s'enfuyaient vers le bas de la colline. Alors le cœur du peuple, qui ne s'était attendu à rien de semblable, fut saisi de crainte, et devint comme de l'eau qui s'écoule, Dieu les ayant livrés à leur propre faiblesse et à leur timidité naturelle.

6. Mais Josué, au lieu de s'abandonner à la crainte, eut recours à la pénitence ; il déchira ses vêtements, se jeta le visage contre terre devant l'arche du Seigneur, et demeura ainsi prosterné avec tous les anciens d'Israël jusqu'au soir ; et ils se mirent de la poussière sur la tête, pour fléchir la colère du Seigneur et attirer sur eux sa miséricorde.

7. Et Josué dit : Hélas ! Seigneur Dieu, avez-vous donc voulu faire passer à ce peuple le fleuve du Jourdain pour nous livrer entre les mains des Amorrhéens et nous perdre ? Heût-t-il à souhaiter pour votre gloire que nous fussions demeurés au-delà du Jourdain, comme nous avions commencé d'y demeurer.

8. Que dirai-je, ô Dieu, mon Seigneur, en voyant Israël prendre la fuite devant ses ennemis ?

9. Les Chananéens et tous les habitants du pays l'entendront dire ; et s'unissant ensemble ils nous envelopperont, et extermineront no-

cti, et absconderunt inter vasa sua.

12. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate ; non ero ultra vobiscum donec conteratis eum qui hujus scelerosis reus est.

13. Surge, sanctifica populum, et dice eis : Sanctificamini in crastinum ; hæc enim dicit Dominus Deus Israel : Anathema in medio tuo est, Israel : non poteris stare coram hostibus tuis donec delecteur ex te qui hoc contaminatus est scelere.

14. Accedetisque manè singuli per tribus vestras ; et quæcumque tribum sors invenirit, accedet per cognationes suas, et cognatio per domos, domusque per viros ;

15. Et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus comburetur igni cum omni substantiâ suâ, quoniam prævaricatus est pactum Domini, et fecit nefas in Israel.

16. Surgens itaque Josue manè applicuit Israel per tribus suas, et inventa est tribus Juda.

17. Quæ cùm juxta familias suas esset oblata, inventa est familia Zare. Illam quoque per domos offerens, reperit Zabdi ;

18. Cujus domum in singulos dividens viros, invenit Achan filium Charmi, filii Zabdi, filii Zare de tribu Juda.

19. Et ait Josue ad Achan : Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, et confitere atque indica mihi quid feceris, ne abscondas.

20. Responditque Achan Josue, et dixit ei : Verè ego peccavi Domino Deo Israel, et sic et sic feci :

21. Vidi enim inter spolia pallium coccineum valdè bonum, et ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum ; et concupiscens abstuli, et abscondi in terrâ contra medium

tre nom de dessus la terre ; et alors que devendra la gloire de votre nom ?

10. Le Seigneur dit à Josué : Levez-vous ; pourquoi vous tenez-vous couché par terre durant tout le jour ?

11. Israël a péché, et il a violé l'accord que j'avais fait avec lui. Ils ont pris de l'anathème, en ont dérobé ; ils ont menti, et ils ont caché leur vol parmi leur bagage.

12. Israël ne pourra plus tenir contre ses ennemis, et il fuira devant eux, parce qu'il s'est souillé en retenant quelque chose de l'anathème de Jéricho ; ainsi je ne serai plus avec vous jusqu'à ce que vous ayez exterminé celui qui est coupable de ce crime.

13. Levez-vous donc ; sanctifiez le peuple, et dites-leur : Sanctifiez-vous, pour paraître demain devant le Seigneur ; car voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : L'anathème est au milieu de vous ; ce qui m'avait été consacré a été retenu par l'un d'entre vous. Israël, vous ne pourrez soutenir l'effort de vos ennemis jusqu'à ce que celui qui est souillé de ce crime soit exterminé du milieu de vous.

14. C'est pourquoi vous vous présenterez demain matin devant le Seigneur, chacun dans votre tribu ; et le sort étant tombé sur l'une des tribus, on passera de cette tribu aux familles qui la composent, des familles aux maisons, et de la maison à chaque particulier ;

15. Et quiconque sera trouvé coupable de ce crime sera brûlé avec tout ce qui lui appartient, parce qu'il a violé l'alliance du Seigneur et qu'il a fait une chose détestable dans Israël.

16. Josué se levant donc de grand matin fit assembler Israël par tribus, et le sort tomba sur la tribu de Juda.

17. Comme elle se fut présentée avec toutes ses familles, le sort tomba sur la famille de Zare. Cette famille s'étant présentée par maisons, le sort tomba sur la maison de Zabdi,

18. Dont tous les particuliers s'étant présentés séparément, le sort tomba sur Achan, fils de Charmi, fils de Zabdi, fils de Zare, de la tribu de Juda.

19. Et Josué dit à Achan : Mon fils, rendez gloire au Seigneur Dieu d'Israël ; confessez votre faute, et déclarez-moi ce que vous avez fait sans en rien cacher ; car vous voyez que tout est découvert aux yeux du Seigneur.

20. Et Achan répondit à Josué : Il est vrai que j'ai péché contre le Seigneur, le Dieu d'Israël ; et voici ce que j'ai fait :

21. Ayant vu parmi les dépouilles un ma-

tabernaculi mei, argentumque fossâ humo operui.

22. Misit ergo Josue ministros, qui currentes ad tabernaculum illius repererunt cuncta abscondita in eodem loco, et argentum simul.

23. Auferentesque de tentorio tulerunt ea ad Josue et ad omnes filios Israel, proiecēruntque ante Dominum.

24. Tollens itaque Josue Achan filium Zare, argentumque et pallium et auream regulam, filios quoque et filias ejus, boves et asinos et oves, ipsumque tabernaculum et cunctam suppellectilem, et omnis Israel cum eo duxerunt eos ad vallem Achor;

25. Ubi dixit Josue: Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hâc. Lapidavitque eum omnis Israel, et cuncta que illius erant igne consumpta sunt.

26. Congregaveruntque super eum acervum magnum lapidum, qui permanet usque in præsentem diem. Et aversus est furor Domini ab eis. Vocatumque est nomen loci illius Vallis Achor, usque hodie.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

4. Commiserunt autem filii Israel peccatum contra anathema. Nam accepit Achan, filius Charmi, filii Zabdi, filii Zaræ, tribus Judæ de anathemate; et excaudit ira Domini in filios Israelis.—2. Cæterum Josua mittebat viros è Jericho ad Hai, quæ est apud Bethaven, ab oriente ipsi Bethel, et aiebat ad eos, dicens: Ascendite, atque explorete terram; viri verò ascendebant, et speculabantur ipsam Hai.—3. Revertenturque ad Josuam, et dicebant ad eum: Ne ascendat universus populus. Circiter bis mille viri, aut circiter tria millia virorum ascendant, et percussant ipsam Hai. Ne fatiges illâc populum omnem. Sunt enim illi pauci.—4. Ascenderant igitur de populo illi tria circiter virorum millia, et refugerunt ante viros ipsius Hai.—5. Cædebantque viri Hai illorum circiter triginta sex viros, persequeranturque ipsos ab ante portam, usque ad Sabarin, et percutebant illos in declivitate. Itaque liquefacta cor populi, et evadabat in aquam.—6. Igitur Josua scindebat indumenta sua, cadebatque pronus in terram, coram aræ Domini, usque ad vesperam, ipse et seniores Israelis, et immittebat pulverem in caput suum.—7. Dicebatque Josua: Eheu! Dominus Jehova. Cur traducendo traduxisti populum hunc trans Jordanem, et traderes nos in manum Amorrhæi, ut curares nos perdendos? Atque utinam contenti fuissetis, mansissentque eis Jordanem!—8. Mi Domine, quid dicam postquam Israel verit cervicem coram hostibus suis?—9. Nam audient Chananeus, et omnes incolæ terræ, atque in orbem convenient contra nos, exseindentque nomen tuum de terrâ. Et quid facies magno illi tuo nomini?—10. Dominus porrò dicebat ad Josuam: Surge, quid hoc tu prostratus jaces in faciem tuam?—11. Israel deliquit, atque etiam transgressi sunt statutum meum, quod ipsis mandâram, atque etiam acceperunt de anathemate: atque etiam furati sunt, atque etiam mentiti sunt, atque etiam reposuerunt inter sua suppellectilia.—12. Neque poterunt filii Israel consistere contra hostes suos; cervicem vertent ante

teum d'écariate qui était fort bon, et deux cents sicles d'argent, avec une règle d'or de cinquante sicles, j'eus une grande passion de les avoir; et les ayant pris, je les cachai en terre au milieu de ma tente, et je cachai aussi l'argent dans une fosse que j'y fis.

22. Josué envoya donc des gens qui coururent à la tente d'Achan, et trouvèrent tout ce qui y était caché, avec l'argent au même lieu qu'il l'avait dit.

23. Et ayant tiré toutes ces choses hors de sa tente ils les portèrent à Josué et à tous les enfants d'Israël, et les jetèrent devant le Seigneur.

24. Or, Josué et tout Israël, qui était avec lui, ayant pris Achan, fils de Zaré, et l'argent, le manteau et la règle d'or, avec ses fils et ses filles, ses boeufs, ses ânes et ses brebis, et sa tente même et tout ce qui était à lui, les menèrent en la vallée d'Achor,

25. Où Josué lui dit: Parce que vous nous avez troublé tous, que le Seigneur vous trouble et vous exterme en ce jour. Et tout Israël le lapida, et son corps avec tout ce qui avait été à lui fut consumé par le feu comme le Seigneur l'avait ordonné.

26. Et ils mirent sur lui un grand monceau de pierres, qui est demeuré jusqu'à aujourd'hui. Ainsi la fureur du Seigneur se détourna de dessus eux; et ce lieu fut appelé et s'appelle encore aujourd'hui la Vallée d'Achor, c'est-à-dire la Vallée du Trouble.

hostes suos: eò quod facti sint rei anathematis. Non ero posthæc vobiscum, nisi aboleveritis anathema è vobis.—15. Surge, expia populum, et dicito: Explate vos in crastinum. Nam sic dixit Dominus Deus Israelis: Anathema est in medio tui, Israel. Non poteris consistere contra tuos hostes, donec amoveritis ipsum anathema è medio vestri.—14. Sistetis igitur vos manè, per tribus vestras, fietque ut ea tribus, quam apprehendet Dominus, accedat per prosapias; prosapia, quam apprehendet Dominus, ea accedat per familias; familia verò quam apprehendet Dominus, ea accedat viritum.—15. Et fiet, ut qui deprehensus fuerit anathematis reus, cremetur igne, ipse et omnia que ejus fuerint, quia transgressus est fœdus Domini, et quia patravit rem fœdam in Israele.—16. Igitur Josua manè surrexit, produxitque Israelem per tribus suas, et deprehendebatur tribus Juda.—17. Deinde produxit cognationem Judæ, et deprehendebatur prosapiam Zaraitam. Mox produxit prosapiam Zaraitam viritum, et deprehendebatur Zabdi.—18. Produxit denique hujus familiam viritum et deprehendebatur Achan, filius Charmi, filii Zabdi, filii Zaræ, è tribu Judæ.—19. Et ait Josua ad Achan: Fili mi, constitue, quæso, gloriam Domino Deo Israelis, et ede confessionem ipsi, atque significa, obsecro, mihi quid feceris, neque me celes.—20. Achan verò respondit Josuæ, et dixit: Verè ego peccavi in Dominum Deum Israelis; et sic et sic feci.—21. Vidi enim in spolio paludamentum Babylonium unum, bonum; et ducentos sicles argenteos, et linguam auream unam que pendebat quinquaginta sicles, et expetivi ea atque accepi ea, et en, ipsa sunt ædita in terrâ, intrâ tentorium meum, et argentum sub illo.—22. Mittebat ergo Josua nuntios, et cucurrerunt ad tentorium, et ecce abditum erat in tentorio illius, et argentum sub ipso.—23. Et tollebat ea è tentorio, et adferabant ad Josuam, et ad omnes filios Israelis, et profundebant ipsa coram Domino.—24. Josua porrò apprehendebat Achan filium Zaræ, et argentum, et paludamentum, linguam auream, et filios illius, et filias ipsius, insuper bovem ipsius, et asinum ipsius, et pecus ipsius; denique tentorium ipsius, et quidquid erat ipsius (comitabatur autem illum omnis Israel); et subducebant autem illos in vallem Achor.—25. Dicebatque Josua: Eheu! conturbasti nos, conturbabit te Dominus in hoc die. Et lapidabant illum omnis Israel lapide; atque comburebant illos igne, et lapidabant ipsos lapidibus.—26. Exstruebantque super eum tumulum lapidum ingentem, usque ad hanc diem, et redit Dominus ab indignatione iræ suæ, ideò appellatum est, nomen loci ejus: Vallis Achor, usque ad diem hanc.

COMMENTARIUM.

Superiore capite posuit nobis ante oculos sacra historia admirabile exemplum vindicationis, quâ Deus acerrimè in eos vindicat improbitatem, qui neque maximis ejus ostentis deterrentur à maleficiis, neque diutinâ ipsius lenitate et patientiâ revocantur ad penitentiam scelerum suorum. Simulque luculenter ostendit, qualia et quanta facinora, ille per immensam suam patret potentiam, in illorum gratiam, qui ejus divinis jussis alacri animo et firmâ fide obsequuntur, atque spe certâ in ipsis benigne recumbunt. Denique et illud perspicè vidimus, ne in summis quidem periculis deesse Deo rationes conservandi suos. Neque enim aliter Rahabam communi clade eximebat, atque Noam diluvio, Jonam maris altissimo gurgite, Danièlem lacu famelicorum leonum, cæteros alios atque alios discriminibus presentissimis. Jam verò hoc capite, non minus memorabili exemplo animadversionis severæ, castigationisque, sed in recenti flagitio, nos rursus monet, quàm sit Deo invisa res peccatum; et quantâ curâ cum publicè ab omnibus, tum privatim ab unoquoque cavendum, ne illud ad-

mittatur. Sed ipsam aggrediamur narrationem.

VERS. 1.—COMISERUNT AUTEM FILII ISRAEL PECCATUM CONTRA ANATHEMA, etc. Verbum מלא, Maal, reddidit hoc loco Symmachus καταφύλαξαι, hoc est, contemptum negligere, quomodo etiam usurpabitur capite 22, et aliis sacre pagine locis. Neque verò etiam hic absurda est ea verbî significatio, quanquam simplicior est sententia, si laxius interpretetur, pro maleficio admittere. Anathema autem, hoc est, ἄγιον, de quo ante satis multa diximus, rectè accipiatur hoc loco, pro ipsâ lege de anathemate institutâ, vel pro ipso sacrilegii facinore. Cæterum septuaginta Interpretes, ut esset sententia explicatio, adiderunt de suo verbum ἐνεργεῖν, id est autem; furim detraxerunt, sibi que usurpârunt. Eosque est imitatus, ut libenter solet, Latinus. Porrò Israelita hic dicuntur peccasse, κατὰ συνείδησιν, quo loquendi schemate sæpè utitur sacra narratio, præsertim quando de cætu hominum, societate vitæ ita inter se conjunctorum, est mentio, ut tanquam corpus unum ex membris diversis commentatum esse videatur. Tunc enim, ut

communis vitæ conditionis, ita et virtutum et vitiorum, hoc est, actionum omnium societas omnibus cum singulis esse censetur. Itaque Matthæus discipulos esse indignatos, ob profusum in caput Jesu unguentum, memorat, quamvis ejus culpæ unum Judam faciat reum Joannes. Sed nihil opus est pluribus exemplis adductis, quando etiam vulgò sic loquimur.

Quod porrò sequitur: *Et excaudat ira Domini in Israelitas*, id verò non etiam per synecdochæ dictum esse videtur. Dicit enim Phinees cum cæteris allegatis, ad Rubenitas, Gaditas, et Manassenses, ut capite 22 audiemus: *Nonne, Achan filius Zarus commisit maleficium per sacrilegium, atque ad universum cæcum Israeliticum spectavit ira?* Atqui præter divinam justitiam esse dicas, cum unus Achan peccarit, Deum irasci in commune omnibus. Exstat quidem de hoc loco sententia Adamantii, quæ est à Gratiano relata in decreta pontificia, ad dist. 45, can 17; ea est, unius culpâ provocari iram Dei adversus cætum, quando qui peccant, unius indulgenter habentur à magistratu, nec coercentur justâ severitate. Nam et Apostolus hanc ob rem Corinthios acriter objurgavit. Hanc sententiam equidem veram esse fateor, de his flagitiis quæ in populum pervulgata sunt. Nisi enim in illâ graviter magistratus vindicet, atque etiam conscius pro se quisque ea redarguat, omnes neglecti officii sunt rei, et sensim perniciës illa, in civium illopsa animos, corrumpit plurimos. Verùm cum Achanis hoc peccatum, ut særis est verbis testatum, clam omnibus patratum sit, non video, cur debeat Deus, vel magistratus, vel iustis sociis ob id succensere.

Quare, meo judicio, in hæc specie facti, et similibus, illa Dei sive ira, sive indignatio adversus rempublicam, ut vocat sacra narratio, pro hominum existimatione loquens, si res ipsa judicetur, nihil nisi mera misericordia est, quæ ille vel per parciores suam erga eam rempublicam liberalitatem, vel per privatorem hominum, pro suâ ipsorum aut salute, aut meritis, quæ illius divino consilio sunt perspecta, animadversiones castigacionesque cum publicæ rei damno cætenis conjunctas, quatenus ii, qui mulctantur, ante fuere communi rei utiles, disciplinam in eo populi corpore, ut sic dicam, sancit atque acuit. Et omninò id efficere vult, ut non se solum quisque curet, sed matrem inter se omnes, tanquam unius ejusdem corporis membra, sint cautione intentâ solliciti, intelligatque quam sancto atque indi-

viduo inter se nexu et vinculo, sub uno capite Deo constricti teneantur: eoque pro virili quisque adlaboret, ne non solum suâ, verum neque socii sui culpâ sacrum illud caput offendantur, à quo solet communis in omnia membra dolor derivari. Quæ profectò non tam morosi et imperiosi Domini ira, quam clementissimi patris benignissima cura est existimanda; ita enim hic, dum non solum non vincunt, sed vincuntur, fuganturque etiam Israelitæ ab hostibus, et nonnulli interimuntur, non quidem ob alienum, hoc est, Achanis, peccatum, quamvis hanc vulgus opinionem habeat, sed arcano illo, quod dixi, judicio Dei, universi populi mentes magno metu perculluntur. Neque dubium est, quin illicò pro se quisque Deum precibus interpelleraverit, ut ejus suæ iræ (ira enim esse existimabatur), causam proderet, omnibusque votis cupiverit admissam culpam, pro virili, vel in sese ipse vindicare, Deumque non tam sibi privatim, quam toti exercitui placere atque expiare. Certè Josua imperator, senatusque reliquus ipsi se sordidant. Tanta profectò omnium animos religio haudquaquam incessisset, si Deus eum unum qui peccaverat, Achanem, simpliciter mulctasset. Nam verò eum non solum in reum culpæ inquiritur vindicaturque, sed exercitus universus ira Dei opinionem concepit, fit ut propius intelligant omnes, quam detestabilis apud Deum res sit, peccatum in hominum cætu, eum unius solius culpâ admissio maleficium, ille auper non placidus modo, sed adversus totum exercitum multò benignissimus et propugnator acerrimus, repente sit tantoperè offensus, ut planè ad hostiles partes transivisse videatur.

Et verò quantum etiam ista res sic æta sollicitudinis attulerit in commune omnibus, ne quem deinde paterentur privatim delinquere, apertè proloquantur ipsi per suos allegatos, cap. 22. Porrò, si postquam constabat, flagitium esse patratum ab Achane, magistratus deinde aut negligentior, aut indulgentior, connivisset, neque privati quoque homines culpæ conscii, in arguendo morandoque noxi officium fecissent, tum demum et sententiam quam Origenem dicere commemoravi, locerat futurus. Quanquam ne sic quidem, illi, qui sceleris nullo modo fuissent affines, ullam Dei adversus se iram experturi erant, maleque perituri, etiamsi exercitus universus in hostium traditus fuisset potestatem. Novit enim Deus, ut frugi agricola, trituranium hominum pedibus protitia, acerrique ac palcis exurendis permixta

grana secernere, et areæ solo impressa evertere, inque sua inferre granaria. Cæterum disciplinæ instaurandæ gratiâ, deterrendique universè ab improbitate populi, tam rigida Deum subinde exercere judicia, ut unus aliquis reus aut duriores quam pro vulgato cognitoque ejus facinore penas dare, aut eos qui alieni, ut putantur, à crimine sunt, in suam secum perniciem rapere videatur, apertè, meâ quidem sententiâ, docuit Servator noster Christus Jesus, apud Lucam 15, 1, cum diceret de Galilæis, quos immani crudelitate tractaverat Pilatus: *Putatis quòd hi Galilæi præ cæteris Galilæis peccaverint, quia talia sunt peccati? Minimè dico vobis. Imò verò, nisi resipueritis, omnes similiter peribitis.* Et similia rursus de 18 hominibus, quos turris Siloe ruina oppresserat. Enimverò, quis tam bene sentiat de nunquam satis adeo veram pietatem permoto populo Israelitico, ut putet, in numerosissimâ illâ hominum turba, non dicam plurimos, sed ne unum quidem fuisse, qui non multò graviorum flagitiorum reus coram Deo tunc erat, quam censeri merebatur illud paucarum recularum furtum, quod Achan fecerat? Et tamen hunc, quasi solum maleficium, ad tribunal raptum, reum peragi videmus, eique uni culpam avari nominis imputari. Nimirum, ut supra diximus, ne providentiæ divinæ existimatio amittatur ex hominum animis, atque opinione; et res mortalium omnes sursùm deorsùm miscceantur; ostendit se subinde clementissimus Deus judicem actionum nostrarum omnium esse, exemplum statuens in uno quopiam, quo omnes intelligamus, nullum nos facinus adversus ipsius mandata impune commissuros, etiamsi in istâ vitâ non pendamus penas. Sed jam prolixiores, quam oportuit, fuimus. Nomen, *Achan*, non dubium est, quin à verbo, *Achar*, quod conturbare significat, formatum sit, unius literæ commutatione. Hoc enim commentariis in Exodum, in quibus Achar vocatur, sicut à Septuaginta hoc loco, dilucidè ostendunt, his verbis: 1. Par. 2. 7. *Filius Carni, Achar, conturbans Israel, qui deliquit per sacrilegium*; simul enim etiam nomen ipsum enodant. Cæterum patratum illius, usque ad proavum, et inde ad ipsam tribum commemorata retrò series, spectat ad inquisitionis rationem, quæ post explicabitur, simulque sceleris infamiam auget, quasi ejus turpitudine non in ipso auctore solo hæreat, sed quoddam modo ad majores quoque, atque adeò ad tribum ipsam universam pertineat. Cùm enim variis modis

aliis prodere facinus poterit Deus, tamen hunc præscribere voluit, quò ad universam retrò prospiciam delectoris pars traheretur. Non quòd reipsâ majores alieno scelere obligati essent, nisi si fortassis indulgentius filium parentes, quam oportuit, educavere, sed ut ad communem infamiam maculam evitandam, communis excitaretur omnium sollicitudo, neque sibi rectè conscius quisque, proximi flagitia supinus negligeret, ne dum solveret. Eadem est observata ratio in propagando turpissimi illius Zamri stupro, in Numeris. Sed alibi ad universæ stirpis gloriam spectat similis majorum commemoratio, veluti in celebrando artifice divino Bezeele, Exod. 31 et 35, aliisque exemplis plurimis. *1877 illi de uno is-1877*

VERS. 2.—CÆTERUM JOSUA MITTEBAT VIROS AD JERICHO AD HAI, etc. Eodem consilio videtur Josua hosce exploratores premisisse ad Hai, quo duos illos in Jerichentem missos fuisse diximus, non quòd de promissis Dei diffidderet, quid enim absurdus, post recentissimum illud eversa Jerichentis miraculum? sed quia intelligeret, Deum, etsi vel nobis dormientibus, facile quo pollicitus est, præstare possit, operam tamen simul nostram, et voluntatem ad suum notum ductumque intentam, in plerisque rebus requirere. Sed hæc satis multis sunt à nobis exposita capite 2. Cæterum hic credibile est, divino insuper pulsato motum esse Josuam ad mittendos istos speculatores, ut ipsorum relatio levioris cladis accipiendæ causâ esset: ex quâ deinde eladè communis animorum consternatio, et ex hæc inquisitio, patefactioque commissi sacrilegii consequerentur. Ut enim ex divinæ providentiæ arbitrio res ipse eveniunt, ita et rerum causis certo ordine serique ex eodem fonte profluere, aptasque esse, est existimandum. *1877 1877*

Quantum autem fuerit loci spatium inter Jerichentem et Hai, scriptum exstat in vetustis Commentariis in Exodum, quæ nominantur *Semot-h-rabbah*. Illic enim, ad caput 23 hæc leguntur verba: *a Regio Chanaan appellatur terra desiderabilis, quia expebatur ab omnibus regibus. Nam inter Hai et Jerichentem, tria duntaxat sunt milliaria, et tamen urbis utraque suum habebat regem; etc. Et consentanea sunt, quæ nostri homines, qui loca illa perlustrarunt, scripsere: postquam fuisse Hai tribum circiter leucis à fonte Elisæi, versus septentrionem, in occidentâ parte montis quàm Quarantanam nunc vulgus nominat, à Christi Jojuno, quòd eò loci dies quadraginta*

perlit nostrā causā. Fontem illum in agro Jerichuntio esse, certum est ex sacrā historiā. Et quod spatium à Gallis leuca vocabatur, id ab Hebræis *mil* sumpto à Latinis vocabulo, ac si miliarium dicas, appellatum est, continens circiter bis mille et quingentos passus, hoc est, quantum itineris homo pedes horæ spatio conficiat usitato progressu; quantum est, ubi pro mille passibus positum hoc verbum ab Hebræis invenias. Porro ab Hai ad Beth-el non longius ferè intervallum, quam leuca fuit unius. Ut autem ab oriente auspicium belli factum est, cum superato Jordane prima occurrisset Jericho, quæ resisteret, ita adhuc progressum est versùs occidentem. Beth-el enim ab Hai vergit ad occidentem, sed ita ut parumper in septentrionem declinet. Jerusalem verò, quæ à Beth-el abest duodecim millibus passuum pro harum urbium situ, est ad meridiem posita, atque etiam nonnihil ad occidentem. Cæterum Beth-aven fuerint oppidulum, vel vicus, qui deserto vicino dederit nomen; an verò desertum ipsum, cujus deserti mentio erit capite 18, incertum est. Appellata est quidem ipsa urbs Beth-el insequentibus temporibus tetro illo nomine, à sacris vatibus, sed per antithesin, propter vitulum aureum Jeroboami, qui in historiā Regum memoratur, accommodatā urbi appellatione vicini loci, postquam execrabili idolo contaminata esset, quæ ante sacro Jacobi viso, et posita ab eo statua fuisset religiosa. Beth-el enim, Dei domum, at Beth-aven, iniquitatis domum significat. Cæteroque reipsā alium fuisse locum Beth-el, alium Beth-aven, nemo jure potest dubitare, qui modò hujus versuculi, quem tractamus, verba sacra intelligat. Sed de Beth-el, quæ olim Luza, à frequente arborum genere vocabatur, erit alius dicendi locus. Igitur ut ad Hai revertar, ad historiæ fidem pertinet tam accurata loci descriptio. Sitam autem fuisse Beth-el ab Hai versùs occidentem, proditum quoque est in Genesi. Fuit et altera cognominis Hai apud Ammonitas, cujus apud Jeremiam mentio est. Sed hæc nostra peritumque per excellentiam *Hahai*, præposito articulo appellatur, quod apud Nebemiam quoque observatum videre est. Nominat enim ille *Haiā*; sed Chaldæo sermone utens, Chaldæi enim, ut ait Elias grammaticus, litterā Aleph in fine collocatā emphasin significant, planè ut Hebræi litterā Hæ postitā in principio.

VERS. 5. — REVERTERANTURQUE AD JOSUAM, ET DICERANT AD IESUM, etc. Observanda est hic

singularis Dei erga suam Ecclesiam cura, et paterna benignitas, qui eā opinionem speculatorum animos informavit, ut dum quieti suorum consulere cuperent (hoc enim illud, *ne fatiges*, patefacit) ea referrent, ex quibus id parvarum copiarum periculo consequeretur, quod pro sancientiā militari disciplinā, in maximo bello parato erat necessarium: hoc est, expiaretur memorabili exemplo sacrilegium adversùs Dei et imperatoris jussa admissum. Magnæ enim copię, sine omnium extremā desperatione in discrimen illiusmodi non potuissent adduci. Nam quòd tria virorum millia ab unius urbe integro prasidio fugantur, si tantoperè omnium animos conturbat, quid futurum erat, si universus exercitus in expeditionem productus, terga hosti ostendisset? *Sed fidelis Deus*, ut ait Paulus, 1 Cor. 10, 13, *qui non sinit suos tentari, supra quàm ferre possint*. Percutere urbem, pro expugnare, frequens est loquendi modus in sacrā historiā. Rectè ergo Septuaginta reddiderunt *ἐκδιέδοξαν τὴν πόλιν*. Illud, *ne fatiges*, spectat, ut videtur, acclivitatem montis. Erat enim Hai in monte, Jericho in plano, ut dixi. Sed Septuaginta fatigationem quæ in Hebræo est non expresserunt. Latinus ad molestiam, quæ in pugnando est, accommodasse videtur. Chaldæus ad tumultum, strepitumque, et fremitum retulit, qui excitari solet in maximarum copiarum expeditione; convertit enim Chaldæus: *Ne facias illuc tumultuari omnem populum*. Sed Aquilas et Symmachus à se stant.

VERS. 4. — ASCENDERUNT IGITUR DE POPELO ILLE TRIA CIRCIER VIRORUM MILLIA, etc. Prudentissimus imperator, de duobus numeris propositis, majorem eligit, nimirum hostem minimè contemnendum existimans, quæ res maxima sæpè in bellis dat damna. Fuisse autem singularis fortitudinis viros ad hanc expeditionem delectos, cum vocabulum *WM*, argumento est, tum Josephus prodidit Antiq. 1. 9. Nam nisi fortes viri fuissent fugati, facili culpa omnis in ipsorum ignaviam collata fuisset, neque adversa Dei offensio, quod opus erat. Pro illo, *ante viros Hai*, haud absurdè posset id reddi, quod Septuaginta dixerunt à facie virorum Hai, quasi littera *Lamed* posita sit pro *Mem*, aut ut *Mem* suggeratur, tanquam prateritum; *למי* enim pro *למי*, etiam proximo versuculo dicitur. Nam verosimile est, ne conspectum quidem hostium urbe erumpentium sustinuisse Israelitas, nondum congressum, quando non in pugna eorum quisquam, sed in fugā aliquot cæsi sunt.

VERS. 5. — CEDERANTQUE VIRI HAI ILLOREM CIRCIER TRIGINTA SEX, etc. Ex situ utriusque urbis, quem exposuimus, conficitur declivem fuisse, et pronam viam ab Hai versùs Jerichuntem, quò refugiebant Israelitæ, eoque fuere etiam injuriæ opportuniore. Cæterum Sebarim, sive Sabarim, locus inter Hai et Jerichuntem modius nomen accepisse videtur à fractis istis Israelitis. Nam *Sibber*, frangere atque atterere est. Chaldæus tamen et Septuaginta non ut proprium loci nomen, sed tanquam appellativum sit, ita interpretati sunt, nisi fortassis legere illi *לד רשע ילדים*. Hoc enim est id quod illi dixerunt, donec frangeret sive contriverent ipsos. Dixi proximo versuculo *למי*, pro *למי*, usurpari interdum. Rectè ergo, ab ante portam, diximus, cum Kimhi, hoc est, cum ad portam usque oppugnandæ urbis causâ progressi fuissent Israelitæ, illic ab erumpentibus oppidanis fugati sunt usque ad Sebarim. Neque enim longius ab oppido suo discedere isti, hostemque persequi sunt ausi, quamvis mirificam animis audaciam concepissent, contra verò fugientes Israelitæ pavorem. Sed vide, obsecro, ut iis quos Deus amat, omnia felicitur; quos odit, infelicitur eveniant. Pulchra hæc, ut videtur, victoria Haiensium et gestiens lætitiæ, brevi ipsis exitium creabit. Israelitis verò sua fuga dabit præclaram victoriam. Quapropter non est, quòd mali in prosperis rebus, aut boni in adversis, vel gaudii vehementius efferantur, vel dolore nimio concidant. Sed discant illi, suæ sibi adversùs Deum impietatis conscii, metu insecuturæ calamitatis presentem lætitiā refrenare, quodque sibi fortè obvenit boni, id in occasionem pietatis vertere: hi verò in Dei, ut benignissimi patris salutari consilio acquiescere, atque cum D. Paulo existimare momentaneam, levemque hujus vitæ calamitatem æternā olim gloriā pensatum iri, atque etiam eas quæ vulgò existimantur tribulationes, sæpè ad magnam felicitatem, in hæc quoque vitā conducere, sic moderante res humanas divino suo consilio numine. Neque enim bonus parens virgini filium cædit, ut cruciet dolore, sed ut repressis malis in eo cupiditatibus, meliore ac tranquilliore vitā ipsum ornet et beet. Quæ de liquefacto, et in aquam mutato populi animo memorantur, per hyperbolam translata sunt, significantque vehementem animorum consternationem. Ut enim animus, dum fiduciā nititur, firmiter et constans dicitur, ita de eâ dejectus, mollis, liquidus et veluti hæc illuc fluctans

videtur. Sed quæ tanta, dices, fuit perturbatio ista causa? Neque enim mirum videri debebat, à numeroso firmissimoque urbis unius prasidio, quale est credibile contractum, comparatumque fuisse adversùs exsultantem vicini oppidi nuper eversione exercitum, non erat, inquam, mirum profligatos esse ter mille viros, atque etiam locis iniquis pauculos cæsos. Esset quidem trepidatō ista tanta maxime ignavia certissimum argumentum, si in suis viribus spem victoriæ collocatam habuissent Israelitæ; verum quando solius Dei potentia et ope niti deberunt, mirandum non est, si tantum non desperent, cum ille ab hostibus jam stare videatur. Sed hæc in versuculis proximis dicentur explicatis.

VERS. 6. — IGITUR JOSUA SCINDEBAT INDUMENTA STA, etc. Senes, sive seniores, ipse est senatus, hoc est, quorum consilio plurimum utebatur imperator in rebus omnibus, quæ prudentiā dignitateque antecederant vulgus, potius quam ætate. Cæterum vestes dilacerare, cæremonia est vetus, quæ prisci homines animi summo dolore lacrimarum testificabantur, sive dolor ille ex luctu quopiam esset natus, ut Genesis 38 et 44, item Levitic. 21, Job. 2, alibi; sive ex rei alterius indignitate atque atrocitate; veluti si quis impie et contumeliosè adversùs Deum vel loqui, vel facere esset visus, ut Numer. 14, Matthæi 28, Act. 14, etc. Igitur hoc loco dolor maximus notatur, quem concepere animis illi potissimum, qui rem, qualis quantaque accidisset, melius quam ceteri existimare poterunt; cum intelligerent, in quas se angustias divini auxilii spe, atque promissorum fiduciā contulissent; et quam parum illa quæ creverant modò, his consentanea essent. Nam, ut omittamus oracula vetera, quæ plurima inter ipsos celebrabantur, qui potest non vanum videri illud? *Non consistet quisquam adversus te*. Et rursus illud: *Omnem locum quem calcabit planta pedis vestri, eum vobis dedit*. Tum illud: *Per hoc cognoscetis, quòd vivat Deus fortis in medio vestri, et prorsus expulsum sit à conspectu vestro Chananeos*, etc. Verum enim verò, quod ex ipsâ narratione apparet, haudquamquam de Deo tam impie illi quidem cogitabant, ut ludificaturum eum sua promissa putarent; sed cum pie prudenterque ex re natâ colligerent, suis ipsorum peccatis offensum illum opem suam denegasse, sine quâ nullos se esse sciebant; magnâ sanè ratione perturbatissimis et de rerum summâ sollicitissimis fuere animis. Verum illis tantis sollicitu-

dinum aculeis opponēbant, quantum potēre, spem salutarem, quam in Dei placabilitate, atque clementia positam retinebant. Eo enim spectat, quod coram sacro Dei procumbunt, ubi presentissimum ipsius numen, sæpe alias, in rebus dubiis et afflictis exoratum esse meminerunt: quod se humi abiciant serio; ad vesperam usque; hoc est, totum diem à cibo potuque abstinentes. Jejunium enim eā verborum zelansula significari; manifestum est ex simili ratione legendi, quā David Sauli et Jonathae funus fecisse memoratur in Regum historia; denique quod pulvere capita sua sordidant. Sunt enim isti gestus hominum humiliter et demissè precantium Deum; non ignavè atque effeminatè suam deplorantium calamitatem, ut vel ex Niniuitarum exemplo constat. In epissimā igitur illā perturbationis caligine, fidei lumen adhuc sublecebat, quo duebantur illi ad Deum, cum animo fracto, atque contrito, qualem is non solet aversari, teste vate divino. Nimirum clementissimus Deus perturbat quidem subinde varijs temptationibus suorum mentes: sed ita ut dum altera manu veluti oppugnat, simul altera ipsos tutetur atque sustentet: ne, etiamsi cadant, prostratis animos despondeant. Est autem caput pulvere inspergere, gestus hominis humiliter de se sentientis; sicut sentiebat Abraham, cum diceret ad Deum, Gen. 18, 28: *Quia pulvis sum, et cinis*. Eodem pertinet, humi proeumbere. Utramque autem ceremoniam credibile est ex illis Dei ad Adamum verbis natam esse, Gen. 3, 19: *Pulvis es, et in pulvere reverteris*. E sacra porro historia propagata esse ad gentes, sicut plurimas hæc alias ab Hebræis acceperunt. Nam Achillem quoque virum fortissimum, audita morte Patrocli sui, memorat Homerus Iliad, et pulvere caput fedavisse, et distentum in pulvere ipsum jacuisse, his verbis:

Ἀχιλλεύου δὲ χροὸν ἴδων νόον ἀλκίβοταν,  
 Χείρας κακιστάσιν ἔχων δ' ἄρχειν πέποισται.  
 Πικρὰ δὲ χροὸν μέλαινα ἀμφέβαν ἴσθρον.  
 Ἀόεις δ' ἐν χροῖσι παύειν μετὰ σπέρματι ταναοῖς  
 Κύρῳ, etc.

VERS. 7.—DICERATQUE JOSUA: EHEU! DOMINE JEROVA, CUM TRADUCENDO, etc. Quod converti, *Eheu*, est Hebraicè, אֵיִהוּ, dolentis, et deprecantis interjectio. Aquilas volens representare vocem Hebraeam, reddidit, *é hé é*. Septuaginta ejus loco posuere verbum, *δὲκα*, hoc est, obsecro, Chaldaeus explicatius dixit: *Suscipe precam meam*. Compellat autem Josua Deum duplici nomine, dum, ut imperator, pro om-

nibus verba facit. Alterum est, *Adonai*; alterum, *Jehova*: illud ad dominationem pertinet hoc Dei essentiam, ut alibi dixi, intueatur. Solum autem duo ista nomina sæpius in velle-mentionibus precatioibus isto modo conjungi à viris sanctis in sacra historia; quod eodem illi Spiritu afflati fecere, ut ego certè existidem, quo sacrosancta Ecclesia Deum Patrem omnia orat per Filium. Nam eum nomen, *Adonai*, ut dixi, dominationem intueatur, planè Filio congruit, eumque nobis representat, per quem Deus Pater, ut fecit mundum, sic mundum moderatur. Idque assentiuntur nobis etiam; verbis saltem, diviniore Hebraeorum philosophi, quos Cabbalistas vocant, cum tradunt illud nomen, *Adonai*, esse tanquam clavem, quā patefit aditus ad Deum Jehovam, hoc est, ad Deum in sua essentia veluti latentem; esse thesaurum, in quo ea, quæ ab Jehova nobis impartiantur, omnia sunt recondita. Esse insuper oconomum illum magnum, qui res omnes dispensat, nutrit, vegetat, per Jehovam. Denique neminem ad Jehovam penetrare posse, nisi per *Adonai*. Neque enim ullam aut viam, aut rationem ad illum perveniendi aliam esse prorsus, atque ideò Ecclesiam preces suas sacras sic auspicari: *Adonai*, hoc est, *Domine, labia mea aperias; et os meum annuntiet laudem tuam*. Hæc enim, et his similia alia, scripta exstant in eo libro, cui titulum illi fecere, *Portam lucis*; et in libro quem vocant, *שֵׁם הַמְּשֵׁכֶת*, id est, *Nomen explicatum*. Sed hæc hactenus. Porro ista Josue oratio, apparet quidem, fronte primā, jurgantis cum Deo hominis, neque dissimilis querela illi, quā Israelite, cum suo maximo malo, Deum irribant in Numeris; audita speculatoium relatione; verumtamen si propius penitusque omnia spectes, dissimillima est. Nam de fide promissorum, deque potentia Dei, atque adeò de misericordia ipsius minimè desperans Josua, cum suis, ad illum se tanquam pedes abijci, presentium malorum consolationem aliquam expectans: cum illi non ad Deum supplices confugiant, sed Dei administratos sacros, Mosem et Aaronem, protervè accusent, neque ab ipso Deo consilium expectent, aut accipere parati sint, sed ipsi inter se consilium capiant, atque ineant, relicto Deo ad Aegyptios, hoc est, turpissimorum deorum cultores, et aliqui sibi infensos hostes, cæco furore refugiendi; nimirum existimantes vana esse Dei sui omnia promissa, cum minimè posset ipsis subjugare tam potentes nationes.

Igitur quæ ait Josua: *Ut traderes nos in manus Amorrhæi? ut curares nos perdendos?* laudatquam existimandum est, ex illiusmodi mente profecta esse, cujusmodi Moses attribuit Aegyptiis, cum veretur, ne Deo exprobrant, quòd suos maclasset in deserto, cum præstare acquivisset, quæ ipsis promiserat, aut tam impiam in sanctissimi viri pectus penetrare potuisse suspitionem, ut cogitavit, dolo malo traduxisse Deum suos per sicum Jordanem, quò perderet. Sed hæc habent illa verba sententiam: *Scis, Domine, populum hunc abs te hinc perductum esse, ut, profligatis Amorrhæis, ipsum terræ universe dominatum beares, non ut ipsum Amorrhæis proderes*. Obliquè igitur per interrogationem à contrariis, ponit Deo ob oculos sua ipsius promissa. Hunc enim esse verum Josue sensum, mihi certè explicatum videtur iis, quæ proximè sequuntur, verbis, cum ait: *Atque utinam contenti fuissetis, mansissentque cis Jordanem*. His enim hoc dicit: Si tua illa promissa, quantum ad nos attinent, propter nostrum peccatum, frustra forent, ut omninò erunt frustra, nisi te placari sinas, satius esset, nos cis Jordanem, cum Rubentis, Galitis, et Manassensibus concessisse, in Gabaotide, quam tantà cum gloria Jordanem traductos tibi hinc talis vindictæ, per nostra flagitia, causam dedisse, qualis nobis vindicta impendit, nisi propitius ipse nobis afflueris. Nostro enim nomine turpiter extincto, tuum quoque nomen apud impias gentes malè aucliet. Sed hoc mox explicatius dicitur. Quis enim de viro divinissimo Josua tam iniquè sentiat, ut credat eum his indignissimis cum Deo verbis jurgare: Si ideò nos hinc multiosè et callidè transposuisti, ut perderes, consultius nobis erat, tibi morem non gerere, cum diceres: *Surge, transi Jordanem, etc.* Quasi verò tam cæcè aestuare potuerit caliginè sanctissimi viri, et prudentissimi pectus, ut putaret, nullam cis Jordanem fuisse futuram Deo perditio populū rationem? qui, quid nuper patribus omnibus per desertum accideri set, memori tenebat recente, aut quasi ob levem cladem, quam sui acceperè, animum induxerit, respicere illas Dei promissiones de terrâ Chanaanè obtinendâ, tum patribus, tum sibi datas, in quibus promissionibus longè majus quiddam, et sublimius, quam fluxus hujus vite opes positum esse, in magistri sui Moysis schola didicerat, per annos, ut minimum octo et triginta.

Movini quidem Talmudicos, libro de magi

senatus collegio, illi, אֵיִהוּ, hoc est, *é hé é*, vocant, ep. 6, sic hunc locum esse interpretatos, ut fateatur Josua, cum contrario eventu Dei promissa contendentem, facere expostulationem, atque adeò ad impium usque volum manenti extra terram sanctam prorumpere. Et hæc opinioem ex his sententiis etiam non paucos habere, non sum nescius. Libenter quoque ipse fateor, neminem carne circumdatum, quantumvis ubere aliqui Spiritu Deo afflatus sit, non aliquando ex illis infirmitate, titulare; ambigere, vacillare in Dei promissis secum recolendis. Nam et Abraham ille divinus vir, promittenti Deo ex Sarâ uxore filium magnâ felicitate cumulandum, atque vix dum verba finient, per temerariam incogitantem ingerit: *Utinam videret carnem te, q. d. tantum abest, ut ista, quæ promittis,ventura sperem, ut etiam de Ismaelis vitâ sim sollicitus*. Est enim mortalium fides omnis per se tam infirma; ut res divinas nunquam satis complecti, notam in ipsis acquiescere satis firmè possit, nisi continuo Dei gratiā confirmetur, corroboreturque. Sed ipsa verborum atrocitas, quæ fuerit immanis, si expostulationem esse dixeris, me movet, et eam, quam modò explicavi, sententiam, proliorem esse censeam. Ceterum Amorrhæorum appellatione hoc loco significari videntur omnes illæ septem gentes, quæ promissam Israeliis terram tenebant. Rectè tamen etiam eam solam nationem accipias, quæ loca trans Jordanem proxima incolbat, ut initio capituli 5 diximus. Verbum, אֲמֹרְרֵי, est à, אָמַר, Latini convertit, *cœpimus*. Nam cis Jordanem, vivo adhuc Mose, plusculum temporis triverant in campis Moabiticis, et quodam modo habitare cœperant, ut ex Deuteronomio constat. Septuaginta vero pro eo reddiderunt, *εχθροὶ τῶν Αἰθίοπων*. Chaldaeus utram harum duarum sententiarum interpretationem, est incertum. Nam verbum, אֲמֹרְרֵי, quo ille utitur, tum incipere, tum manere significat. Judei à latino stant plerique omnes. Mihi videtur verbum, אֲמֹרְרֵי, in sacris litteris perpetuò significare, *acquiescere in re quâpiam, quam totâ voluntate amplecti*; atque ideò dixi, *contenti fuissetis*. Nam jurgandi significatio non à אָמַר, sed ab אָמַר, est.

VERS. 8 ET 9.—*MI DOMINE, QUID DICAM?* POSTERIORUM ISRAEL, etc. Insultum est, et absurdum, quod quidam hoc loco existimant, Josuam sollicitum esse, quod his possit respondere, qui objiciant, fugam illam esse parum contentamque iis verbis, quibus ante ab eo

gratia atque favor Dei prædicabatur. Hunc enim sensum aptè recellit sequens oratio. Ergo, dicere, pro cogitare, positum est, ut sæpè. Nam reddit imperator rationem ejus perturbatis animi, quam et gestu habuitque, et verbis superioribus præ se ferebat; eamque totam explicare nunc incipit dum se ferè loquitur: Mi Domine, quid cogitabo? quid consilii capiam, postquam Israëlita terga dedere hostibus? Inde enim certus sum, te nobis offensum esse neque opem ferre. Hoc verò ubi Chananaei animadverterint, atque omnes istæ nationes ferocissimæ, quæ adhuc tuâ majestate, tuoque numine sunt repressæ, et partim etiam domitæ, cingent nos undequaque, et faciliè, si tu non protegis, debebunt prorsus. Et nos quidem nostris flagitiis dignas fortassis pœnas dabimus; verùm illud erit indignissimum, quòd gloriosum nomen tuum traducetur per ora profanarum gentium: quæ cum non ignorent, quam mirificè nos adhuc foveris, et per quanta miracula nos huc introduxeris, dicturæ sunt, dolo malo abs te facta esse omnia, ut nos sibi proderes, semelque perderes, vel non eam fuisse tuam potentiam, ut nos posses adversus tuos deos defendere, et promissa præstare. Jam ergo obsecro, Domine, ostende nobis tui placendæ rationem, etc. Est enim ista Josuæ oratio curta et imperfecta, atque prope Dei responso interpellata, qui priusquam se orent mortales, novit quæ sint petitura, et promptè occurrit in ipsis precibus benignus. Neque enim dubium est, quin ad illius precatōnis exemplum, suam hanc instituerit imperator, quâ ipsius præceptor Moses feliciter fuerat usus in Numeris, cum disertè pronuntiasset Deus se gentem Israëliticam universam peste percussurum, exterminaturumque. Et in Exodo, post cultum à populo vitulum. Cæterùm illiusmodi sancta sollicitudo vindicandi nominis Dei à gentium injuriis, tam crebrò attributa est Patribus, in sacra historia, ut nihil opus sit plura adjungere exempla. Istit autem Patrum piissimis animis quàm parùm emulorum nos hodiè, res ipsa clamat; cum inipudè fax hominum sacramenta quævis impis vocibus profanat, polluit, deridet. Magistratus popularem gratiam sanctæ religioni antepont. Sed extincta est in nobis vera pietas. Illud porrò: בִּי אֲדֹנָי, quod est ad verbum, *In me Domine*, blanda est appellatio, quâ dum demulcet Josua Deum, satis, quod dixi, ostendit, se de illius placabilitate non desperare. De nomine, Adonai, dixi superius: Chananaeum

esse hoc loco appellatum eundem populum, quem paulo ante Amorriæum, apparet. Sed quarum gentium iste sint propriæ appellatōnes, diximus in principio capituli 5. Quod convertimus, *In orbem conveniens contra nos*, est Hebraicè: כַּמְּבִי עָלֵינוּ. Sunt quidam qui כַּמְּבִי, dictum putent, hoc sensu: Converterentur contra nos, cum paulo ante, præ metu, ad fugam se comparaverint, simul atque intelligunt nos tuâ ope destitutos esse. Sed simplicius est illud, quod à me redditum est, pro ipsis verbis; nam de populo prorsus delendo loquitur imperator. Id autem acciderè iis solet, qui à potentiorebus hostibus undequaque sunt circumdati.

VERS. 10.—DOMINUS PORRÒ DICEBAT AD JOSUAM: Surge, etc. Hoc insigne exemplum est maxime ad omnem benignitatem facilitatemque proclivitatis Dei, quoties ex animo fracto attrituque ejus opem imploramus. Occurrit enim ille nobis in nostris precibus, atque optatis, ultrò; et divinâ gratiæ suæ nos consolatione, quasi manu, sublevat. *Ego*, inquit Dominus apud Isaiam, priusquam clamabant, respondeo: *dum etiam tum loquuntur, ego exaudiam*; illud enim: *Quid hoc tu prostratus jaces in faciem tuam?* non est objurgantis, ut precandî ritum illum reprehendens; quo ritu Christus ipse usus est: sed jandudum se paratum esse significantis ad optulandum. Tanta enim est ejus erga nos misericordiæ abundantia, ut preces nostras, quamvis nunquam satis vel prolixas, vel intentas, tamen veluti nimias, benignè amplectatur. Est enim ac si dicat: Noli tu te diutius cruciare, atque affligere; jandudum scio quid velis; jamque fax scias, quid facto opus sit. Eodem sensu dicta sunt illa in Exodo 14, 15, ad precantem Moisen: *Quid clamas ad me?* Atverò ista tanta Dei bonitas, et facilitas, haudquaquam debet nostram in ipso orando sedulitatem remittere, non magis quam liberalissimi regis magnificentiæ æquum est ex strenuo servo ignavum fieri; sed magis atque magis provocare et intendere, præsertim cum à Christo ipso didicerimus, nihil esse Deo acceptius, quàm assiduas preces nostras, modò ut sanetè, et piè sint conceptæ. In hebræo est, *Surge tibi*; at tales dativi, ut alibi dixi, possunt sæpè omitti, quanquam non prorsus supervacanei sint, sed ferè incitandi vim habeant. Participium, בָּרַץ, reddidi per nomen adjectivum. Sic enim sæpè participia usurpantur. Neque enim tum se primum abjicietati humili Josua, sed totum diem afflixus solo jacuerat.

VERS. 11.—ISRAEL DELIQUIT, ATQUE ETIAM TRANSGRESSI SUNT, etc. Superiore versiculo Deus Josuam surgere jubebat, nimirum ut malis remedium adhiberet, quale ipse esset præscripturus; verùm priusquam hoc, quale sit, explicet, digreditur hic, et versu proximo, ad ipsa mala, quæ sint, ostendenda; atque idèo versu 13, dum redit eò, unde paulisper discesserat, denuò verbum illud, *surgere*, repetit. Malis enim tum demùm rectè medemur, postquam ipsa probè perspecta habemus. Porrò rursus quod ab uno Achane est patratum sacrilegium, toti Israëlitiæ gentis corpori attribuitur. Ipsa enim corporis soliditas atque integritas vitiat, et quodam modo dissipatur, cum pars una vitata est. Neque coire rursus, et consistere ea integritas potest, nisi vitiosa illa parte aut curata, aut resecta. Unde est illa tam frequens in Lege monitio Dei: *Auferte malum è vobis*. Sed hæc prolixius tractabamus in hujus capituli initio. Talmudici, cap. 6, כַּרְדִּי, Israelis nomine, unum Achaneum hic notari scribunt, eumque quamvis sacrilegum, tamen Israelis nomen obtinere, sicut proverbio dicitur, myrtum esse, vocarique myrtum ab omnibus, etiamsi inter urticas stet myrtus. Sed illi verbis solis à nobis differunt, re consentiunt. Cæterùm quia Deus isto sacrilegio violatum esse sumum statutum pronuntiat, coascitur, imperatorem illam de anathemate legem non suapte arbitrio, sed Dei jussu tulisse. Porrò vocula, *etiam*, quæ sæpius hoc loco iteratur, avseses continuas significat, ut Hebræis quoque videtur. Hæc igitur thesis, *Israel deliquit*, sic, quasi per gradus, amplificatur: Gravior deliquit Israel. Nam quod nuper jusseram, ut urbem cum rebus omnibus perderent, præter Rahabam, cum suis familiaribus, præterque aurum, argentum, æs, ferrum, id non observarunt. Fecerunt enim nonnullas reliquas res, quas perdidisse oportuit. Et quod gravius est, non reliquas modò fecerunt, sed sibi etiam privatim usurparunt, tum quod etiam majus est flagitium, furtivè usurparunt, perinde ac si me clam patrari quidquam possit. Ad hæc, mendacis insuper fallere conati sunt. Denique, quod malorum est extremum, obfirmarunt animum, rebus subtractis in suam suppellectilem relatis. Sic enim ego interpretor illam particulam, *etiam*, *etiam*, atque etiam responderunt inter sua suppellectilia, quamvis non nesciam, R. Davidem Kimhi de defossis in tentorio rebus furtivis accipere. Neque enim mihi videtur, בָּרַץ, tentorium significare;

cæterò qui hoc ipsum vel apertius propositi pertinaciam arguit. Sed observandum est hoc loco, quàm graviter accuset Deus id peccatum, quod cum nullius mortalium injuriâ conjunctum, leve alioqui possit videri. Et proinde pensandum, quæ nobis ad salutem spes reliqua esse queat, si in extremo judicio jure summo nobiscum agat Deus, eoque ardentiore pietate assiduo orandum, ut ille remittat nobis debita nostra, neque intret in judicium cum servis suis; quando ne ipsa quidem quæ videtur nostra justitia, satis apud illud tribunal justa est futura. Et ut alii divus Bernardus, omni humilitate ad illius misericordiam confugiendum, quâ solâ possunt servari animæ nostre.

VERS. 12.—NEQUE POTERUNT FILII ISRAEL CONSISTERE CONTRA HOSTES SUOS, etc. Particula, *etiam*, secundo loco posita, sic accipienda videtur, ut littera Men initio suggerenda sit, hoc est, ut plenè scribatur, בָּרַץ, quod sæpè fieri diximus alibi. Cæterùm iis quæ ad versiculum primum hujus capituli disputata à nobis sunt, satis esse explicatum arbitror, cur Deus ob hoc Achaniis, gregariis, ut apparet, militis, peccatum, pronuntiet se populi sui curam abjecturum, nisi expletur; quamvis credibile sit, multò atrocioribus antehæc criminibus contaminatum fuisse tantam hominum multitudinem. Et cum dicamus illos sex et triginta viros, qui desiderati sunt, non Achaniis, sed suam culpam luisse, cur non perinde illos ante, ut nunc Achaneum, accusaverit? Præterquam enim, quòd certis, atque constitutis apud æternam suam sapientiam, temporibus, judicium exercet, non quidem ob singularia, quæ tunc commissa sint, maleficia, præ omnibus aliis digna talibus judiciis; nunquam enim illiusmodi, in ullo hominum cætu non committuntur, quæ nostra est vitiositas. Sed ut providentiæ suæ opinionem in mortalium animis conservet, solet illa sua judicia sic delicta exerceri instituire, ut ob ea potissimum delicta exerceri videantur, quæ contagio faciliè pervagentur ad omnes: et in quibus ad evitandum publicè illius rei constitutionem, atque ad legitimi ordinis et disciplinæ dissipationem momenta magna sint, qualia sunt regum, principum, pastorum, cæterorum, qui primi in republica habentur, vita. Item contumacia seditiosorum hominum, desertorum, susurrorum, et omninò ea flagitia, in quæ publicis legibus, ubi patefacta sunt, animadverti solet. Cum igitur hoc Achaniis sacrilegium adversus recens latam, et certè pœnæ denuntiatione sas-